

78 N 13 [87] X3013660

MEMORIAE
CHRISTIAN.
CHARLOTTÆ
NATÆ
KUMMELIÆ,
DOMINI
JOAN. CHRIST.
LEONHARDI
F. U. D.
CONIVGIS SVAVISSIMAE
SACRYM.



Kapitel 78 N 13 [87]

AK





O Biit proh dolor!

Morte præmatura intercepta,
CHRISTIANA CHARLOTTA
LEONHARDI.

Quæ,

Sexus sui ornamentum,

Longiore vita
fuit dignissima;

Nam si Virtutum,
quibus

Defuncta enituit,

Iniri deberet numerus,

Verendum certe,

Ne, cum sint innumeræ,

Omittantur plurimæ.

Quis enim non admiretur
Singularem illius Pietatem?

Et

Quæ amice cum hac conspirat,

Jllibatam morum Integritatem?

Haud fucatum in proximum candorem?

Et

Qui primo debuisset commemorari loco,

Coniugalem illum amorem?

Quo

Intime complexa Maritum,

Eius mores,

Legem vitæ suæ impositam,

Credidit,

Quam sequeretur constanter;

Probe gnara,

Inter mores dispares

Veram haud parari amicitiam.

Taceo

Illius in ferendis adversis

Constantiam,

Qua

Secum reputans:

Nihil quicquam hominibus

Tam prosperum datum divinitus,

Quin ei aliquid admixtum sit

Difficultatis;

Quosvis tristes funestosq;

Labentis huius seculi

Casus

Sustinuit fortiter.

Et

Quis possit percensere

Omnia laudum argumenta?

Fieri itaque nequit aliter,

Quam vt eius Mors,

Cuius Vita

Fuit dulcissima,

Omnibus accidat acerbissima.

Ast!
Faceffant hinc fufpiria,
Cum
Non perdiderit lucem,
Sed
Quò aspiraverat dudum,
Sortita fit fecuriorem.
Depofuit faltem
Quod erat mortale,
Quam
Spe votoque diu præceperat,
Nunc demum confecuta
Immortalitatem.
Vivit enim in Cœlo,
Vivit adhuc in Terris,
Vivetque in animis
Suorum
Omnium,
Qui Virtuti
Iuftum ftatuunt pretium.
NEC
Ejus Memoriam
Vlla delebit oblivio.
Noftm̄um eft,
O Mortales!
Hoc immortale Virtutum Exemplar
Imitari.



L I P S I Æ

Ipfo die emortuali 25. Febr. 1727.

78 N 13 [87] X3013660



MEMORIAE
CHRISTIAN.
CHARLOTTÆ
 NATÆ
 KUMMELIÆ,
DOMINI
JOAN. CHRIST.
LEONHARDI,
 ꝑ. U. D.
 CONIVGIS SVAVISSIMAE
 SACRVM,



Kapsel 78 N 13 [87]

AK

